



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 6. Pontificis studium in restaurando Inquisitionis tribunali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI. A. C. 1559. singulas hebdomadas instituto una cum ipso omnes Pontificiæ ditionis controversias cognoscerent, ut hac agendi ratione se æquum, justumque exhiberet, & omnium præteritorum criminum, quæ ejus Nepotes perpetrarunt, culpam ex eorum malitia fuisse commissam ostenderet: cum vero jam octogesimum quartum ætatis annum expleffet, atque adversa premeretur valetudine, ac proin ejusmodi conventibus interesse haud posset, hinc Tranensem, Spoletinum, ac Consiliarium Cardinales delegit, qui ejus vices obirent, & causas summa potestate cognoscerent: insuper edictum proposuit, vi cuius pollicebatur, quod iis, qui Magistratum, ac præfectorum injuria damni aliquid, fraudisve passi fuissent, ex æquo jus redditurus esset.

Denique tanta assiduitate, & vigilantia Ecclesiæ regimini incumbibat, ut nonnullis solemne esset dicere, quod primus Pontificatus sui annus ab ea die numerandus esset, qua Nepotes suos Roma expulsos omni rerum administratione privaverat.

§. VI.

Pontificis studium in restaurando Inquisitionis tribunali.

Onuphrius in Paul. IV. Præterea non sine intimo animi sui dolore percipiebat Pontifex, quod nova

nova hæresis in Francia, & Belgio al-
 tiores ageret radices; cum vero ambos
 Reges Henricum II. & Philippum er-
 rorum progressibus sese opponere, non
 sine júbilo intelligeret, hinc illos per
 Sedis Apostolicæ Nuntios identidem ad
 immotum fidei conservandæ studium
 sollicitabat, eorumque Oratores stimu-
 lari curabat: cum vero Inquisitionis tri-
 bunal ad hoc negotium remedium ma-
 xime opportunum, imo unicum contra
 hæreses antidotum censeret, ac Synodi
 celebrationem in ea rerum vicissitudine,
 prout in prioribus annis evenisse de-
 monstrabat, nonnisi ad augendum ma-
 lum conducere crederet, hinc unice hu-
 jus Tribunalis severitatem adhiberi vo-
 luit, totumque se huic sacræ Inquisitio-
 nis muneri sacravit, quem in finem eam
 in omnes hæreticos severe exerceri præ-
 cepit, ac præprimis hujus Curis Præ-
 fidem constituit Michaellem Gislerium
 Alexandrinum nuper a se in Cardina-
 lium Collegium cooptatum, qui postea
 assumpto Pii V. nomine Pontifex renun-
 tiatus est. Postea Paulus Pontifex præ-
 cepit, ut in hoc tribunali non modo
 hæresum crimina, sed aliqua etiam
 scelera, quæ Inquisitorum jurisdic-
 tionem excedere videbantur, agitentur:
 denique severa Constitutione die decimo
 quinto Februarii edita omnes censuras,
 & pœ-

Sæcul. XVI.

A.C. 1559.

*Thuan. l. c.**Spond. hoc**ann. u. 2.**Bullav. t. 2.**in Paul. IV.**Const. 19.*

Sæcul. XVI. & pœnas a suis Prædecessoribus contra
A. C. 1559 hæreticos latas, necnon cuncta Canonum, ac Conciliorum decreta innovabat, declarans, quod omnes Prælati, Principes, etiam Reges, & Imperatores, qui in hæresin incidisse convicti fuerint, vel in hæresin incident, sint eo ipso absque alio juris, aut facti ministerio suis beneficiis, Principatibus, Regnis, & Imperio penitus, ac perpetuo privati, ita ut nullo unquam tempore ad eorum pristinum statum restitui possint, nisi apparentibus veræ pœnitentiæ indicis, efficianturque eorum bona juris, & proprietatis eorum Christianorum, qui illa primo occupaverint, ac denique etiam S. R. E. Cardinales in hac constitutione comprehendantur, & iisdem pœnis subjaceant.

§. VII.

Ejusdem Pontificis Constitutiones contra Hæreticorum libros, Religiosos, aliosque.

Paulus IV. **C**um hæresis sese pariter per Hispaniam
lib. Brev. diffundere inciperet, idem summus Pontifex eodem Mense aliud edidit diploma, in quo indultam quibusvis Theologis, etiam Episcopis, vel Cardinalibus, libros hæreticorum legendi potestatem revocavit, librosque hujusmodi a quoquam retineri, aut asservari vetuit. Aliam insuper promulgavit Constitutionem, in qua Talmudi
 libros

sign. n. 2895.
p. 474.
Spond. n. 3.
Onuphr. l. c.